





1716, 17

30

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE

**APPELLATIONIBUS  
RECIPIENDIS VEL NON,**

QVAM

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,  
RECTORE HUIUS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

**PHILIPPO WILHELMO,  
S.R.I. COMITE DE BOINEBURG,**

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO  
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM: MOGUNTINÆ  
ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORI, ET RESPECTIVE  
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE  
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PRÆSIDE

PRO-RECTORE MAGNIFICO,

**DN. JOANNE PHILIPPO** *Streit/*

J. U. D.

REGIMINIS ELECTOR. MOGUNTINI CONSILIARIO ET FACULT. JURIDICÆ,  
P. T. DECANO,

**DN. PATRONO AC PROMOTORE DEVENERANDO**  
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI ICTORUM  
ORDINIS

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONOR. AC PRIVIL. RITE CAPESSENDI,  
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI

DIE XXX. MARTII M DCC XVII

HORIS LOCOQVE CONSVETO

SUBMITTIT

**JOH. CHRISTIAN STÜTZING,** HALLENSIS, MAGISTRI  
ERFORDIÆ, TYPIS JOH. HENRICI GROSCHIL, ACAD. TYPOGR.



P. 477.





DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS

ANNO DOMINI MDCCLXXII  
REPUBLICA VENETA

IN SENATU PRAESIDIUM  
D. D. N. O.

ILLIUSMODO WILLIAMO  
EX POSUITE DE BOKING BERG.

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.

PRO LICENTIA

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.

DECRETIS TO TERNICIA IN AUBURAS  
D. D. N. O.







## §. I.



Non abs re me facturum putavi, si aliquas nominis *appellationis* significationes adferrem, teste enim Cicerone *lib. 1. de orator.* omnis disceptatio, quæ ab aliqua re sumitur, à definitione proficisci debet, ut intelligatur, quid sit, de quo quæritur; & aliàs intelligencia

dictorum ex causis dicendi accipienda *cap. 6. X. de V. S.* Sic *appellare* pro materia, cui adjicitur varie accipitur; aliquando *appellare* significat, nominare, vocare, ut *L. 1. pr. de j. & j. pr. instit. de testam. ordin.* de solutione judicem interpellare. *L. 16. §. 6. de fidejussor. & mandat.* etiam eum dicimus appellare, qui auxilium à superiore adversus alterius magistratus injuriam implorat. *L. 1. §. 3. ex quibus causis major.* item aliquando significat blando sermone alicujus pudicitiam attentare. *L. 15. §. 20. & 22. ff. de injur.* Sed, omissis aliis significationibus.

A 2

§. II.



§. II.

Appellationem definitio, seu describo, quod sit transitus à judicio inferiore ad superius, vel ab inferiore judice ad superiorem gradatim riteque facta provocatio, ut is causam, quæ injuste definita arguitur, corrigat & in melius reformet. *L. 1. princ. L. 21. §. 2. ff. de appellat. L. 29. §. 14. Cod. cod.* Dicunt alii, quod sit remedium seu auxilium juris, quo ejusdem causæ retractatio apud alium judicem inducitur. Saluberrimum sanè est hoc remedium, utpote cujus finis, ut innocentibus subveniatur, imperitia & iniquitas judicis corrigatur. *L. 1. ff. de appellat.*

§. III.

Sed cum aliquando appellationes sint frivolæ, frustratoriæ, inanes & leves, judex non tenetur omnes appellationes indistinctè recipere, ut patet ex titulo *de appellationibus recipiendis vel non.* Quod in praxi idem est, ac deferre appellationi vel non. Accipi autem possunt appellationes maxime eorum, qui appellare jure possunt; & cum appellatur in causis, quibus appellari potest, & cum appellatur eo, quo oportet, modo.

§. IV.



## §. IV.

Appellare jure possunt omnes gravati. *can. omnis. 3. & passim H. qu. 6. cap. ultim. ut lite pendente nihil innov.* ut & servi tristem sententiam passi hoc remedium habeant, si nec dominus nec alius ejus nomine appellaverit. *L. 15. ff. de appellat.* Appellat non tantum condemnatus sive suo sive alieno nomine, verum & non condemnatus, modo ejus interfit, sic emptore super proprietate victo, licet venditori appellare, & econtra victo venditore, emptori propter suum interesse. *L. 4. §. item, si emptor. 3. ff. de appellat.* fidejussor pro eo, pro quo intercescit, coheres victo coherede recte appellat. *L. 5. ff. eod.* legatarii victo herede instituto. *de L. 5. §. 1.* Appellat ex eadem causa dominus pro servo, qui ad bestias datur. *L. Lucius 18. ff. eod.* Idem obtinet in creditore, ut à sententia contra debitorem lata appellat. *d. L. 4. §. 4.* in muliere appellante à sententia contra maritum in causa suæ dotis, Procurator quin appellare possit, non est dubium *Cap. penult. X. de Procurat.* etiam sine mandato. *arg. L. 56. §. pen. ff. de Furt. Donell. L. 28. Cap. 6. lit. E.* & alium Procuratorem substituere potest, quia Dominus litis factus est, *Brunne- mann. ad dicit. L. 4. num. 15.* ubi tradit, quod *Scaccia de Appellat. q. 5. num. 19.* id limitet, ideoque dubia sit decisio, *Carpzovii P. 1. const. 19. def. 3. num. 4.* Quod leuteratio sine mandato non possit per procuratorem fieri,



ri, sed se ipsum explicat, quod de mandato generali, seu cum libera loquatur, nec opus sit ad hoc speciali mandato. At si nec generale mandatum habeat, sufficeret tamen, si principalis ratam habeat appellationem, quod mandato æquiparatur, cum etiam is, qui restitutionem pro alio petit, possit ratihibitionem domini in iudicio exhibere. *Mov. P. 4. decis. 377.* verum hic occurrit quæstio, si dominus aliunde resciverit, procuratorem succubuisse, & ab eodem provocatum non sit, an hujus rei nomine obligabitur domino? R. obligari *cap. pen. X. de procurat.*

## §. V.

Appellant & alterius nomine illi, quibus id mandatum seu expressè seu tacitè, consequenter recipienda est patris appellatio pro filio, filii pro patre. *L. exigendi 12. Cod. de procurat.* fratris pro fratre, mariti pro uxore, conjuncti pro conjuncto. *L. 21. cod. L. 35. ff. eod.* Litis quoque consortes appellare pro omnibus possunt, & omnibus prodest unius appellatio *L. si qui. 10. §. fin. ff. de appellat.* si modo una causa defensionis, & non diversa in singularis. Sic non est una defensionis causa, quando unus fidejussor excussioni renunciavit, alter non. *Brunnem. ad dict. L. 10.* ubi plura exempla & limitationes refert. Alieno etiam nomine provocant tutores, curatores. *L. 1. §. tutores 13. ff. quand. appell.* ad quod tenentur. Alias actione tutelæ tutor omne damnum rescarcire tenetur,



tenetur, si quod acciderit ob non interpositam appellationem. *L. si bonam. 11. Cod. de administr. tut.* sic tutoris pupilli fratrem pro pupillo, concurrente tamen suo aliquali interesse, appellansem admissum refert *Mev. P. 4. Decis. 180.* sic si quis subditis prohibeat, ne ad meum eant molendinum, possum ego appellare. *Mev. Part. 1. Decis. 61.* consequenter horum omnium appellationes sunt recipiendæ.

## §. VI.

Cum itaque gravatorum appellationes recipiendæ sint, consequitur non gravatorum appellationes rejiciendas esse; adeo, ut appellatio à comminato gravamine recipienda non sit. *Cap. cum cessante 60. X. de Appellationibus.* nisi tamen in termino peremptorio irreparabile gravamen inferri possit aut subsecuturum certo aliquod gravamen ab istâ comminatione originem trahens. Non auditur etiam, qui renunciavit appellationi vel expresse per pactum de non appellando, *L. 1. §. 3. ff. à quibus appell. non licet. L. fin. §. 5. Cod. de temp. & repar. appellat.* vel etiam tacite, quando appellans gerit aliquem actum judicalem coram Judice à quo *L. 2. Cod. quor. appellat. non recip.* nisi fuerit protestatus. *Cap. sollicitudinem 54. X. de appellat.* Quamvis tacita hodie renunciatio non facile admittatur, propter magnum, quod hîc vertitur præjudicium. *Meier. de appellat. n. 3.* insuper non auditur contumax. *L. proferandum 13. §. 4. Cod. de Judic. L. 1. Cod. quorum appellat.*  
non



*non recip. L. ex consensu 23. §. fin. ff. de appellat. imò nec Procurator contumax auditur, si suo nomine appellare velit. Sed si Procurator fuerit contumax, utrum Domino appellatio concedenda sit?*

¶ *Neg. arg. L. 10. de Procurat. vid. Gaill. 1. Observ. 89. n. 3. quippe negligentia ejus hac in parte Domino nocet, cum sibi quisque imputare debeat, quod meliorem Procuratorem non elegerit; datur tamen Domino, si Procurator solvendo sit, mandati actio L. 8 §. 1. mandat. L. 46. §. 5. ff. & L. 10. Cod. de Procurat. item nec confessi & convicti appellationes recipiuntur. L. 2. Cod. quorum appellat non recip. quod etiam dicendum de eo, qui juravit, se à Judice non Provocaturum. Cap. *Questioni. X. de Appellat.* aut qui adversarii appellationi in eadem causa non detulit. Cap. 23. & 42. d. tit. inter causas tamen, quæ Obligationem extingvi faciunt, non est mors appellantis, cum transeat ad hæredes, L. 1. Cod. si pendente appellat. mors interven. quibus præter tempus residuum, quod defuncto supererat, adhuc quatuor Menses ad exercendam appellationem dantur, computandos à tempore aditæ hæreditatis. L. fin. Cod. cod. Brunne mann. *ibid.* Sunt etiam alii, quorum appellationes non recipiuntur, de quibus consulere licet authores, qui de hac materia disertè scripserunt.*

§. VII.



## §. VII.

Sunt insuper causæ appellationem infringentes, de quibus subnectere ordo postulat. Regulariter appellari potest à quacunque sententia & in quibuscunque causis. *cap. cum Romana. s. X. de appell. L. 14. & 20. cod. eod.* nisi id inveniatur prohibitum à jure. Sic in in causis momentaneæ possessionis, quia regulariter modicum & reparabile habent præjudicium, nulla recipitur appellatio. *L. 6. Cod. quorum appellat. non recip. L. un. Cod. si de moment. possess. Gail. 1. obs. 7.* nisi sententia habeat effectum petitorii & sit maximi præjudicii, tunc enim ad executionem impediendam appellatio admittenda est. *Mynsing. cent. 6. obs. 13. n. 7.* quâ de re in judicio retinendâ pendente appellatione nec inhibitio fieri potest. *Gail. 1. obs. 144. n. ult. & obs. seq. n. 2 8, 9.* nec pro attentatore habetur, qui interim possessione suâ usus est & actus possessionis exercuit *Gilman. symphor. tit. 1. lib. 1. p. 572. & tit. 5. Symph. 56.* jure tamen canonico cum ab omni gravamine appellari possit, etiam ab omni possessorio videtur concedenda appellatio. *cap. 10. & 15. de restit. spoliat. cap. 1. de sequest. fru& possess.* Inter jus canonicum & civile est etiam ista differentia, quod jure civili tantum recipiatur appellatio à sententia definitiva & quidem valida. *Tit. eod. quand. provoc. non est necesse. & ff. que sent. sine appellat. rescin.* Ab interlocutoria vero sententia appellare jure civili non licet regulariter. *L. 7. Cod. quor. appellat. non recip. L. fin. Cod. de Sentent. & interlocut. L. apertissimi. 16. Cod. de judic. nisi quando*

B

CON-



continet vim definitivæ, aut tale gravamen, quod per sententiam definitivam, vel appellationem ab ea reparari non possit. *L. 39 ff. de minor. lib. 2. ff. de appellat. l. 9. ff. qui satisd. cog.*

§. IIX.

In causa etiam alimentorum appellatio recipienda non est, nisi judicatum sit contra alimentarium, aut alimenta præstanda, ne dum ipsa appellationis causa pendet, alimentarius fame moriatur, nec inhibito decernitur, præsertim si propinqui egeni egissent pro consequendis alimentis futuris, atque in prima instantia obtinuissent. *arg. L. 7. de agnosci. & alend. liber. L. 9. de jur. deliber. L. 27. §. 3. de inoffic. testam.* Secus se habere, si extranei egerint, vel appellati divites sint, aut si pro alimentis præteritis actum sit, tradunt *Covarr. pract. quest. c. 6. n. 6. 8. quantum & §. tertio quaeritur. Menoch. 1. presumpt. quest. 35. n. 30. & seq. Fachin. 1. controv. 77.*

§. IX.

In causâ etiam non attingente summam jure ordinationis constitutam, seu appellabilem, provocare nemo potest, imò ex officio, parte etiam non opponente, judex hujusmodi appellationem rejicit, *ordinat. cam. part. 2. tit. 28. §. und sonderlich sehen. Gail. 1. obs. 123. n. 1.* in qua tamen summa, quoad jurisdictionem fundandam, non quantum debetur, aut quantum in prima instantia adjudicatum fuit, sed quantum petatur, attenditur. *Myrsing. cent. 5. obs. 83. n. 3.*

§. X.



## §. X.

Generaliter in omnibus causis requirentibus celeritatem, ubi res dilationem non recipit, denegatur appellatio quoad impediendam executionem. *Speculat. de appell. §. in quibus autem casibus.* ut, ne frumentum in usum militum in annonæ subsidium contrahatur, ne testamentum aperiatur, neve hæres scriptus in bonorum possessionem inducatur, ne inventarium fiat, res fragiles in tutum ponantur, mortuus sepeliatur.

## §. XI.

Bis duntaxat in unâ eademque causa appellatio recipienda. *cap. 65. juncto capitulo 39. X. de appellat. L. un. Cod.* si scilicet sint tres sententiæ conformes, si tamen per tertiam sententiam inferatur novum gravamen, ut si tertius judex condemnet in expensas, in quas alii non condemnarunt, poterit ab illo gravamine appellari, nam ad conformitatem sententiæ requiritur identitas causæ, rei, qualitatis, personarum &c. *Mov. p. 1. Decis. 18.* ratio decisionis est, quod jura non præsumant aliquem toties gravari in eadem causa à diversis judicibus, tum ne lites fiant immortales. *L. 13. pr. Cod. de judic.* In camera tamen imperiali non tantum tertia sed etiam quarta appellatio recipitur. *Gail. 1. observ. 72. num. 3. Mynsing. Cent. 1. observ. 15.*

## §. XII.

Porro appellatio non recipitur in factis notoriis. *cap. 13. & 14. X. de appellat.* nisi appellationi inferatur



ratur causa rationabilis, nec recipitur appellatio à sententia, quâ quis condemnatus est ratione debiti publici seu fiscalis. *L. 4. & fin. Cod. quor. appellat. non recip. can. fin. §. quoties II. q. 6.* quando scilicet fiscus certat de damno vitando, secus si de lucro captando; nec appellat officialis alicujus judicis conventus, & condemnatus pro gestis in officio à suo iudice. *L. nulli. 3. Cod. d. t.* quia non est verisimile, iudicem contra eum laturum sententiam, nisi de delicto constaret, & ut, si viderint officiales, poenam præsentem esse, nec posse interpositâ appellatione differri, aut eludi, tanto magis ab omni forde & rapinâ abstineant; in aliis tamen causis non tangentibus officium eum posse appellare nemo negat, non per se tantum, sed & per procuratorem. *Scacc. de appellat. quest. 17. limit. 16. n. 5. & seq.* Et hinc colligunt, à correctione superioris appellari non posse; quia non gravandi, sed emendandi animus præsumitur. *Brunnem. ad d. L. nulli. 3.* insuper in variis aliis causis appellatio non recipitur, de quibus videre licet *DD. ad lit. ff. de appellat. recipiend. vel non. & lit. Cod. quorum appellationes non recipiuntur.*

### §. XIII.

Dictum fuit in quâ causâ recipienda sit appellatio, vel non, ordo nunc postulat, ut, à quibus iudicibus concedatur, & à quibus denegetur appellatio, dispiciam. Dico itaque, ab omni iudice inferente aliquod præjudicium aut gravamen provocari posse regulariter. *can. 6. II. q. 6. cap. ex conquestione. 10. X. de*



de restit. spol. cap. ex parte 47. cap. 67. X. de appellat. L. ait. prator. 7. §. 2. ff. de minorib. Idem iudicium est in iudice rejiciente exceptiones. cap. 1. X. de dilation. vel appellationem. Ab omnibus, inquam, iudicibus, tam ordinariis majoribus, inferioribus, quam delegatis, etiam ex consensu litigatorum autoritate principis datis, licitam esse appellationem constat ex L. 23. ff. L. 16. 17. 18. 19. Cod. de appell. Hinc quæritur, an à delegato excedente fines mandati, opus sit appellare? Retp. cum appellatio permixta sit, nisi expressè prohibita reperitur, in persona delegati idem ius, quod in ordinarii, statuendum esse. Sed quid, si delegatus subdelegaverit, an à sententia subdelegati ad subdelegantem, an verò ad subdelegantis superiorem appellatio interponenda? Ut unâ distinctione rem expediam, interest inter notionem causæ commissam seu iudicem datum, vel delegatum ad unam causam, & euni, cui mandata est iurisdictio universalis, ab illo ad eum appellatur, qui dedit, vel delegavit, ab hoc non appellatur ad eum, qui mandavit, sed ad eum ad quem provocatum fuisset, si ab eo ipso, qui mandaverat, fuisset appellatum, seu appellatio fit ad primum delegantem. L. 1. Cod. qui pro sua iurisd. dar. darive poss. L. 1. ff. quis & à quo appell. excepto legato proconsulis. L. 2. Cod. quia proconsul non videtur omnem iurisditionem mandasse iudici.

## §. XIV.

Videndum nunc, à quibus iudicibus appellari prohibetum, & non appellari à principe superiorem

B 3

non



non recognoscante indubitatum est. *L. 1. §. 1. ff. de appellat.* ne quidem à malè informato ad melius informandum *Reinking. lib. 1. class. 5. cap. 9. n. 47.* ne in contemptum abeat suprema Majestas & Authoritas. *Gail. 1. Observ. 1. num. 7. & Observ. 41. num. 8.* cur enim summum Imperium in aliis causis Principi datum est? Cur in aliis rebus placet aliquid esse extremum, in quo acquiescamus? Cur jus ipsum finitum esse debere dicimus, si non & judicia finem suum sint habitura. *L. de jur. & fast. ignor. Petr. Heig. P. 1. q. 10. n. 14.* Idem juris est in Republica quacunque libera, quæ alterius superioris potestati non est subiecta.

## §. XV.

Nec defertur appellationibus, si à sententiis eorum appellatum fuerit, qui singulari privilegio subnixi sunt, ne ab iis provocetur, quo privilegio gaudent Principes, Electores S. R. Imperii. *Aur. Bull. Tit. von der Churfürstlichen Freyh. it.* Insuper non appellatur à sententia Præfecti Prætorio, propter summam summi Magistratus prudentiam & auctoritatem. *L. un. Cod. de sentent. Præfecti Prætor. Brunnen. ibid.* Ex eadem ratione à Camera Imperiali hodie non appellatur: *Commer. Gerichts Ordnung. part. 3. tit. 51.* & à tribunalibus majoribus appellationes removet consuetudo.

## §. XVI.

Nec appellatio recipitur ab eodem ad eundem, vel saltem ab eodem ad idem tribunal, sic à vicario ad Episcopum non appellatur, quia habent idem tribunal.



bunal. *Marant de appellat. num. 380. Brunnem. ad L. 1. ff. Quis & à quo appellat. num. 4.* Quia licet Episcopus absolute loquendo sit superior immediatus sui vicarii, apud quem ipse vicarius ex delicto vel contractu proprio conveniri debet, in quantum tamen vicarius vices Episcopi agit, & loco ordinarii inter partes sententiam dicit, non est inferior Episcopo, sed quasi Episcopus, in cuius tribunali sedet, cuius etiam personam, & officium in iudicando repræsentat. Idem obtinet in foro seculari. Sic à consilio Principis non ad ipsum principem, sed ad superiorem appellatur. Et universim ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem suam, v. g. à iudicibus, aut præfectis, quos Barones, nobiles, aliique tribunalibus suis præficiunt, non ad ipsum mandantem, sed ad superiorem eius provocandum est. *d. L. 1. & Brunnem. ibid.* Sunt & alii, à quibus appellatio non recipitur, seu quibus denegatur beneficium appellationis, quos hic allegare temporis ratio non permittit.

### §. XVII.

Tempore insuper competente appellandum est, aliàs appellatio non recipitur, quod tempus aliud est interponendæ appellationis, & jure novissimo est decem dierum. *auth. hodie. Cod. de appellat.* Nec distinguitur inter appellationem ab interlocutoria, aut definitiva. *Myrsing. 3. Obs. 11.* Est autem hoc tempus continuum cursu, utile vero initio. Aliud tempus est petendi Apostolos, qui petendi sunt infra 30. dies à tempore sententiæ computandos. *L. 24. Cod. de appellat.*



*pellat.* si tamen appellans sententiæ notitiam habuerit. *Myrsing. cent. 4. obs. 36.* petendique sunt instantè, instantius, instantissimè, in camera petitionis eorum omisio appellationem non vitiat. *ord. cam p. 2. tit. 30. Gail. 1. Observ. 139. in fin.* Tertium tempus seu fatale est appellationis introducendæ & quartum proseguendæ.

## §. XIIX.

Insuper Judex in recipienda appellatione investigare debet, an appellandi modus observatus fuerit, qui fermè duplex est; *primus:* vivâ voce, sive stante pede apud acta, incontinenti, cum judex adhuc pro tribunali sedet, à sententia definitiva appellatur. *Alter* modus appellandi est per scripturam, sive libellum appellatorium judici à quo porrectum.

## §. XIX.

Judex à quo investigare debet, an justè, legitime, & cum ratione appellatum sit; an verò malitiosè, sine ratione, frivole, seu frustratorie, adeoque recipere teneatur appellationem vel non; priori casu, in honorem superioris tenetur appellationem admittere. Posteriori casu secus est, nam jura quæ statuunt, appellationi deferendum esse, intelligi debent de appellatione ex justa causa, & probabili, non injusta aut frivola, cui etiam judex sub pœna deferre non debet. *L. 19. 21. 24. Cod. de appellat. Novell. 126. c. 3. Hartm. in pract. obs. c. 3. n. 1.*

& seqq.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle  
001 972 26X

3



*s. b.*











1716, 17

30

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE

**APPELLATIONIBUS  
RECIPIENDIS VEL NON,**

QVAM


DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,  
RECTORE HUIUS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO

**PHILIPPO WILHELMO,  
S.R.I. COMITE DE BOINEBURG,**

P. 499.

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO  
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIARUM: MOGUN-  
TINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORI, ET RESPECTIVE  
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIHQVE  
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PRÆSIDE

PRO-RECTORE MAGNIFICO,  
**DN. JOANNE PHILIPPO** 

J. U. D.

REGIMINIS ELECTOR. MOGUNTINI CONSILIARIO ET FACULT. JURIDICÆ,  
P. T. DECANO,

DN. PATRONO AC PROMOTORE DEVENERANDO  
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI JCTORUM  
ORDINIS

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONOR. AC PRIVIL. RITE CAPESSENDI,  
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

DIE XXX. MARTII M DCC XVII

HORIS LOCOQVE CONSVETO

SUBMITTIT

**JOH. CHRISTIAN STÜTZING,** HALLENSIS MAGISTER

ERFORDIÆ, TYPIS JOH. HENRICI GROSCHIL, ACAD. TYPOGR.

